

G.R.P.


BELGII  
CONFEDERATI  
Respublica:

SEV

Gelriæ Holland.  
Zeland. Traject. Fris.  
Transsil. Groning.  
chorographica  
Politicaque  
descrip<sup>o</sup>.

Cum Privilegio.

Lv<sup>e</sup> D. BATAV.  
Ex officina Elzeviriana  
cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c. xxx.





## G E L D R I A.

### I.

*Provincie hujus limites ac situs.*

**G**ELDRIÆ Ducatus & Zutphaniæ Comitatus jam ab annis quingentis in unam veluti rempublicam coalueret; ita ut utraque uno nomine jam communiter Gelria dicatur. Habent tamen limites suos & fines distinctos. Gelriae fines sunt; à septentrione Transsalaria, quæ & magnam illius partem claudit ab aquilone, Isala amne intermedio: ad orientem Zutphaniensis Comitatus, eodem amne dirimente: ad eurum Clivia; ad meridiem Brabantia, à qua Mosa flumine dividitur; ad occidum primo Hollandia, dein Traiectina diocesis, denique Germanici maris sinus five fretum quod vocant australis. Mediā fere utraque Rheni conuua secant, & unam atque alteram quasi insulam complectuntur. Forma est valde anomala & late sparsa. Zut-

A pha-

ritius anno clo Ioc iv quum Slusæ ob-  
fidiū moliretur nullo pene negocio  
cepit, hoste ultro ob nocturnum ter-  
rorem dilapso.

---

A P P E N D I X.  
A D  
G E L D R I A . M.

*Culenburgicus Comitatus.*

**D**VM in qua parte potissimum  
agerem de Culemburgo &  
Comitatu incertus hæreo,  
& operæ festinant; pene de  
eo dicere neglexeram. Culenburgum  
ergo situm est ad sinistram Leccæ ri-  
pam; in tres partes divisum oppidum,  
quæ singulæ suis muris & fossis cin-  
guntur; sicuti & arx illi connexa, Co-  
mitis domiciliū. Distat à Viana millia-  
re unum. Regimē civile oppidi est pe-  
nes præfetum, (vulgo *Drost*,) duos  
civium Magistros, septem Scabinos,  
& Scultetum. Qui omnes absoluta  
potestate à Comite eliguntur, nulla  
prævia oppidanorum designatione:  
& ipsi postea minora munia inter ho-  
nestio-

## APPENDIX

AD

## HOLLANDIAM.

*Ad cap. III. Divisio Hollandie.*

**H**oc id in aliam divisionem Hollandie, quam diligentissimus rerum Belgicarum scriptor Petrus Borrius Christiani f., lib vii historiarum suarum, antiquissimam & veram judicat, atque ex archivis Cameræ Rationalium adstruit, quam hic subjugendam existimavi.

Comitatus Hollandie (inquit) dividitur in quatuor partes. Quarum prima appellatur septentrionalis Hollandia: secunda meridionalis: tertia Voornia; quæ quondam proprios dominos agnovit: quarta Kennemerlandia, atque occidentalis Friesia; quæ vulgo perperam septentrionalis Hollandia vocatur, quia ad septentrionem Hollandie posita est.

Sub parte prima comprehenduntur præfecturæ aquaticæ (vulgo Waterschappen) sive Dijckgraviatus, Rhinolandie, Delfslandie, & Schielandie,

Z; atque